

sine collega, sine socio, imo sæpe sine famulo novem-decim abhinc annis solus fere semper vixi. Jam sex supra quinquaginta annos natus. Solus quoque P. Gabriel Marest agit in sua Missione ejusdem nationis cui vix datur per diem integrum locus aut recitandi breviarium aut edendi aut brevem somnum media noctis parte capiendi. Vix quoque collegæ suo P. Joanni Mermet jam consumptis præ nimio zelo viribus cassam per valetudinem agere licet, illis autem vix est respirandi locus propter majorem numerum neophytorum et fervorem maximum, nam ex ducentis supra mille àabus quibus constat pagus vix quadraginta reperiantur qui non profiteantur maxima pietate et constantia catholicam fidem. Distamus autem ab invicem 120 leucas, vixque semel uno et altero anno illum adeundi mihi locus datur. . . .

JAC. GRAVIER, S.J.